MASTER
NEGATIVE
NO. 91-80099-6

AUTHOR:

WEICKERT, JOHANN CHARITH

TITLE:

EXPLICATIONES LOCORUM ALIQUOT...

PLACE:

LUBBENAE

DATE:

[1826]

Master Negative #

91-80099-6

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Weickert, Johann Charith
... Explicationes locorum aliquot Demosthenis aliorumque scriptorum, auctore Jo. Charith. Weickert ... Lubbenae, Driemel [1826]
16 p. 21 cm.

At head of title: Ad examen vernum in Gymnasio Luccaviensi concelebrandum ... invitant rector et magistri Gymnasii.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 REDUCTION RATIO: 11x
IMAGE PLACEMENT: IA IIA IB IIB
DATE FILMED: 7/16/91 INITIALS S.M.
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910

301/587-8202

Centimeter


1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 mm

1 2 3 4 5

Inches

1.0 1.1 1.25 1.4 1.6 1.8 2.0 2.2 2.5 2.8 3.2 3.6 4.0 4.5 5.0 5.6


MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.









Inches







MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

WEICKERT
Demosthenes.



AD
EXAMEN VERNUM
IN
GYMNASIO LUCCAVIENSI
CONCELEBRANDUM
ET
AUDIENDAS VII ADOLESCENTIUM
PUBLICE ABITURORUM
ORATIUNCULAS
OBSERVANTISSIME INVITANT
RECTOR ET MAGISTRI GYMNASII.

INSUNT
EXPLICATIONES LOCORUM ALIQUOT DEMOSTHENIS
ALIORUMQUE SCRIPTORUM,

AUCTORE
JO. CHARITH. WEICKERT, LIPS.
PH. D. AA. M. SUBRECT. GYMNASII.

LUBBENAE, IMPRESSIT FRIDERICUS DRIEMEL.

Quum, qui sapiunt, sciant, parcendum esse verbis, ubi copiosa oratione non est opus, hoc unum monuisse satis habeo, non doctis viris me scripsisse, sed discentibus adolescentulis, nostri maxime Gymnasii alumnis, qui suis partim numis hosce libellos scholasticos redimere coguntur.

Accipite ergo statim, quae habemus.

Demosth. Mid. 35. b. edit. Buttm. — pag. 555 l. 10 sqq. ed. Reisk. In verbis *τοῦ δ'ὑβρίσαι καὶ τοῦ ποιήσαντας μὴ δοῦναι δίκην, ἀλλὰ* — — — *ἐγγυτάτω* offendor accusativo *ποιήσαντας*, quo negligitur attractionis mos, scribi jubens *ποιήσαντες*. Nam etsi non sum nescius, ejusmodi attractionem haud raro negligi, tamen ejus neglectae in omnibus, quos adhuc contuli, locis, probabilem unam alteramve caussam reperire mihi visus sum; non item hoc nostro loco, ubi prorsus nulla apparet. Ceterum, ut hoc obiter moneam, nemo facile, qui paulo plura ejus rei accuratius consideraverit exempla, existimabit, totam duabus istis rationibus absolvi, quas affert Rostius Grammat. §. 127. not. 2.

Videatur fortasse alicui sic posse scribi: *τοῦ δ' ὑβρίσαι καὶ τοῦ τοὺς ποιήσοντας* (i. e. *κωλύσοντας*) *μὴ δοῦναι δίκην, ἀλλὰ ἀντιπαρέξοντας πράγματα μισθώσασθαι* etc. ut haec sit sententia: ad inferendas injurias et ad conducendos, qui (non solum) efficiant, ut evitent poenam, sed [1]) qui contra (etiam) facessant negotia, homines petulantes et opulenti sunt paratissimi et expeditissimi — Tum autem de articulo semel tantum et ab initio ponendo videas Spaldingium nota 5 ad §. 36.

1) *ἀλλὰ* non praecedente *οὐ μόνον* non minus locum habere posse puto, quam *ἀλλὰ καὶ* (vid. Wolf. ad Dem. Leptin. p. 226) quum saepissime *ἀλλὰ* solum legatur pro *ἀλλὰ καί*.

Lysiae laud. funebr. pag. 123 ed. Reisk., in Jacobsii Attic. edit. V. p. 260. verba *τοῖς γὰρ Λακεδαιμονίων ξυμμάχοις περὶ τῆς ἐκείνων ἐλευθερίας ἐμάχοντο* vulgo accipiunt quasi *μάχεσθαί τινι* (pugnare adversus aliquem) idem esset, quod *συμμάχεσθαι, συστρατεύεσθαί τινι*, qua significatione hoc verbum, quantum scio, nusquam reperitur. Hoc fecerunt Seilerus in versione, pag. 244, reddens: denn sie stritten in Gemeinschaft der Bundesgenossen für die Freyheit derselben, — Schlegelius in Wilandi Mus. Attic. Vol. I. Fasc. 2. pag. 251, qui habet: sie kämpften nehmlich gemeinschaftlich mit den Bundesgenossen der Lacedämonier für deren Unabhängigkeit von denselben, et in eadem opinione fuisse Jacobsium, testantur ejus verba huic orationis loco infra apposita: „*Λακεδαιμ. ξυμμάχοις.* welches die Corinther ehemals gewesen waren;“ imo pugnabant adversus eos, qui nunc erant Lacedaemoniorum socii, pro eorum libertate. Nam sermo est hoc loco de ea Corinthiorum factione, quae nitebatur Lacedaemoniorum opibus et societate, i. e. aristocratiae defensoribus atque patronis. Huic explicationi favent verba antecedentia: *ἐτόλμησαν καὶ ὑπὲρ τῆς τῶν πολεμίων ἐλευθερίας ἀποθνήσκειν.* Tanta enim erat illorum Atheniensium animi magnitudo, ut etiam iis, qui, hebetes et quasi occaecati, dum studebant paucorum dominationi, libertatem suam prodebant Lacedaemoniis, vel invitis et repugnantibus libertatem parare cuperent — *τοῖς ὑπὲρ αὐτῆς τῆς δουλείας συστρατευομένοις καὶ πολεμοῦσι τοῖς ἐλευθεροῦν ἀξιοῦσιν.* (Isocrat. Paneg. c. XXXIV. ex.) Sed ne quis offendatur pronomine *ἐκείνων*, cujus loco scriptum malit *αὐτῶν*, tenendum, illos Corinthios *ἐκείνους* vocari, quia tacite opponuntur *τούτοις τοῖς νῦν θαπτομένοις*, — et vid. Thucyd. I. 138. fin. *τὰ δὲ ὀστᾶ φασι κομισθῆναι αὐτοῦ οἱ προσήκοντες οἴκαδε, κελεύσαντος ἐκείνου, καὶ τεθῆναι κρύφα Ἀθηναίων ἐν τῇ Ἀττικῇ*, — Demosth. adv. Mid. §. 23. edit. Buttm. *τοὔνομα μὲν δὴ παρέσχεν ἐκεῖνος καὶ ἦν ὁ ἀντιδιδοὺς Θρασύλοχος*, ubi adeo salvo sensu *ἐκεῖνος* abesse posse videbatur Tayloro, cujus haec sunt verba (Reisk. apparat. crit. ad Dem. Vol. I. p. 603) „mihi videtur abundare vox

ἐκεῖνος. Nam si retineatur, Midiam designabit, sat scio, quod contra historiam est. Agi enim permutationem sub nomine Thrasylochi constabit utique ex secunda in Aphobum. Lege itaque: *τοὔνομα μὲν δὴ παρέσχε καὶ ἦν ὁ ἀντιδιδοὺς Θρασύλοχος* etc.“ (sed vid. contra Reisk. apparat. crit. Vol. III. p. 932) — Cornel. Nepos Regg. III. 4. ubi similiter legitur *ille.*

Thucyd. I. 137. fin., ubi hic narrat quae scripserit Themistocles Artaxerxi, Jacobsius se verba: *γράψας τήν τε ἐκ Σαλαμῖνος προάγγελσιν τῆς ἀναχωρήσεως καὶ τῆς τῶν γεφυρῶν — οὐ διάλυσιν* minus recte intellexisse, ipse eo demonstrat, quod conferre nos jubet Plut. Themist. c. 12. Herod. VIII, 75. Referunt enim locis laudatis isti scriptores, nuntiasse Themistoclem per Sicinnum Xerxi Graecorum relinquendae stationis apud Salaminem consilium eoque effecisse dolo, ut Graeci et coacti proelium committerent et victores inde discederent. Sed quis, quaeso, putet, Themistoclem illum nuntium dicere *εὐεργεσίαν*, cujus utilitas, si non postea suspecta facta est Persis, at debuit tamen repetita memoria simul Artaxerxem admonere cladis a patre acceptae, quae res non potuit non Themistocli, magno regi se commendaturo, perniciosissima videri. Accedit, quod ipse dicit, se optime meritum esse de rege: *ἐπειδὴ ἐν τῷ ἀσφαλεῖ μὲν ἐμοί, ἐκείνῳ* (Xerxi) *δὲ ἐν ἐπικινδύνῳ πάλιν ἡ ἀποκομιδὴ ἐγένετο.* Sed hoc demum factum est post pugnam apud Salamina commissam. Circumspiciendum igitur est, quanam alia ratione *τὴν ἐκ Σαλαμῖνος προάγγελσιν τῆς ἀναχωρήσεως* explicemus. Intelligi debere puto nuntium a Themistocle post pugnam e Salamine ad regem missum, id agere Graecos, ut pontem, quem ille in Hellesponto fecerat, rescinderent, qui nuntius maxime pertinebat ad regis reditum, i. e. non potuit rescisso ponte incolumis et sine magno cladis periculo in Asiam redire. De re vid. praeter Cornel. Nep. II. 5. Herod. VIII. 110 fin. et Plutarch. vit. Themist. c. 16. ubi de hoc ipso reditu vocab. *ἀναχώρησις*, — de grammatica genitivi *ἀναχωρήσεως* ratione Matthiaei Grammat. ampl. §. 320. 1., ubi ex Thucydide VIII. 15. cfr.

ἀγγελία τῆς Χίου; et ne quis existimet, ejus nuntii, de quo haec superiora verba accipi volumus, adjici mentionem his: καὶ τὴν τῶν γεφυρῶν — οὐ διάλυσιν, monendum, voculam καὶ h. l. habere explicandi vim, de qua satis constat. Licebit tamen adire Viger. p. 525. Fischer. ad Platon. Apol. Socrat. pag. 70. not. 16. edit. maj., Stallbaum. ad Phileb. pag. 166.

Thucyd. VII. 75. init. Jacobs. δεινὸν οὖν ἦν οὐ καθ' ἓν μόνον τῶν πραγμάτων etc. perperam explicat, quod ipsius loci docet ratio, οὐχ ἑνὶ τρόπῳ, ἀλλὰ κατὰ πάντα ὁμοίως. Quum iterum Atticorum edidio repetenda erit, justam explicationem petet ex indice Buttmanni editioni Demosthenis Midianae adjecto s. v. κατά —: nicht nur der eine Umstand, u. s. w. sondern auch.

Isocrat. de Pace c. 16. Jacobs. Attic. pag 295. Jacobsius verba τίς γὰρ ἂν ἄλλοθεν ἐπελθὼν — νομίσειεν secus, ac fieri debet, explicat: ἂν ἐπέλθῃ. Vide primum Herm. ad Viger. p. 822, not. 291, et p. 834, not. 312. Deinde nemo, puto, facile dicat: ἂν (i. e. ἐάν) τις ἄλλοθεν ἐπέλθῃ, πῶς οὐκ ἂν νομίσειεν; potius: εἴ τις ἐπέλθοι — πῶς οὐκ ἂν νομίσειεν. Et hic sensus inest in his verbis. Nam ἂν ἐπελθὼν solvendum: ὃς ἂν ἐπέλθοι, ut etiam sic effingere possis orationem: τίς γὰρ, ὃς ἂν ἐπέλθοι. De pronomine relativo cum particula ἂν cfr. Matthiaei Grammat. ampl. §. 528. Ne quis temere conferat ad defendendam Jacobsii explicationem Isocrat. Areopag. c. 19. (Attic. p. 286. §. 18.) et ibid. c. 25. (Attic. p. 289. §. 1.) quorum locorum prorsus alia est natura.

Mox ibid. ἔχομεν post ἐγκωμιάζειν minime est importunum, ut censet Jacobsius. Sensus est: majorum facta, quae possimus laudare, habemus; quas res nunc a nobis gestas laudemus, non habemus; sed non ita eloquitur Noster oppositionem, quae latet in sequentibus, id quod ipsum pergratum neque incognitum est rhetorices artificium.

Idem ibid. c. 17. Attic. p. 302. Jacobsius βουλεύσασθαι ἂν explicat: βουλεύσεσθαι, quae explicandi ratio dudum est explosa. Vid.

Wunderlich. Praefat. ad Demosth. de corona, p. XVII. sq. Poppo observatt. critt. in Thucyd. p. 149. Herm. ad Sophocl. Ajacem v. 1061. Bremi Fasc. observatt. philologg. et critt. in Demosth. Phill. pag. 82 sq.

Demosth. Orat. III. c. Phil. pag. 122. l. 23 ed. Reisk., pag. 113. l. 23 ed. Bekker., p. 324. Attic. Jacobs. legimus apud Jacobsium: οὓς ἂν αἴσθοιντο δωροδοκοῦντας, sed recte expulit Bekkerus hoc ἂν, referuntur enim haec verba ad tempus praeteritum [2]).

2) Restant etiam in recentissima librorum Jacobsii elementt. quaedam corrigenda, graviora partim, partim minutiora. Vid. inter alia Tom. I. Länder- und Völkerkunde, Asia II. 9. in verbis ὁπότε — ἔχοι; laudatis Buttmanni graec. grammat. locis optativus explicatur de eo, quod saepius factum tempore praeterito, qui usus ab hoc loco est alienissimus. cfr. ibid. §. 15. εἰ — φυσήσειεν — θανατοῦται παρ' αὐτοῖς. — Attic. p. 160 in nota ad §. 68 legitur: ναυτικόν, i. e. αἱ ναῦς (l. νῆες). Non erat tutum, sic scribere. Vid. Lobeck. ad Phryn. p. 170 — pag. 368. (XXXIII. 35.) de διμνέως, quod scrib. δίμνεως, eundem adeas ad Phryn. p. 554. — Ibid. p. 370 (XXXIII. 38.) pro ποιέονται recte Valcken. ποιέωνται, nam oratio recta, quae h. l. pro indirecta est, habere debebat conjunctivum. — Herod. VI. c. 115. verba αἰτίη ἔσχε ἐν Ἀθηναίοισι — ἐπινοηθῆναι a Jacobsio perperam explicantur. Non Persae accusati sunt ab Atheniensibus, quod ab Alcmaeonidis impulsi Athenas versus perrexerant, sed Alcmaeonidae proditionis; ἔχειν h. l. neutrali sensu intelligendum, quod ipsa verborum collocatio demonstrat: criminatio obtinuit Athenis, Persarum consilium tribuendum esse Alcmaeonidarum machinationi. — Idem VIII. c. 60. Jacobsius in verbis explicandis ὁμοίως αὐτοῦ τε μένων — Ισθμῷ aberravit a vero. Omnia se recte habent, nihil est confusum, nihil turbatum. Ad πρὸς τῷ Ισθμῷ supple ναυμαχῶν v. ξυμβάλλων, quod legitur §. 19. Sensus: pari modo hic manens defendes Peloponnesum, ac si ad Isthmum cum hoste confligeres. Ceterum mirum esset, commemorata Peloponneso etiam per se addi Isthmum. — Ad Herod. VIII. c. 87. (Attic. p. 427. §. 6.) habet: „Ἀρτεμισίη die Königin von Halicarnass, die Gemahlin des Mausolus." Sed fallitur: alia fuit uxor Mausoli, cujus laudem, in ludis funebribus, celebravit cum aliis Theopompus, qui non est hujus aetatis. Vid. Gell. NN. AA. X. 18. — Herod. VIII. 89. (Jacobs. Attic. pag. 430): καὶ τῶν ἄλλων ξυμμάχων. Non vocantur Persae et

Quae sequuntur, adnotavimus ad Rüdigeri editionem Demosth. Phil. I. Olynthiacc. III. et orat. de Pace [3]).

Olynth. I. 1. p. 89 sq. Rüdiger habet: „γενομένην, in nonnullis libris γιγνομένην, quod B. rec. sed illud praetuli, tum quia opponitur παρῦσι etc." Quod loquitur B. de oppositione nihili est, nam si facere talem voluisset, qualem R. deprehendere sibi visus est, scripsisset: ἐπὶ πολλῶν μὲν ἂν etc. τῶν πρὶν γενομένων — ἒχ ἥκιστα δὲ ἐπὶ τῶν παρόντων πραγμάτων. Quod autem ad Olynth. II, 2, 3. ait γιγνόμενον de re semel facta seu facienda dici, tollere videtur significationem praesentis temporis aoristam. Nostri loci haec est sententia: quam bene cupiant nobis nostraeque rei publicae Dii, quum ex multis rebus potest intelligi, tum maxime hoc praesenti rerum statu cognoscitur. Non enim eodem prorsus modo dicitur ἐπὶ πολλῶν ἰδεῖν et ἐν τοῖς παρῦσι πράγμασιν ἰδεῖν; illud de eo, quod documento est, hoc de tempore. —

Quum mox lectionem, quam Wolf. ex Fel. dedit: πολεμήσαντας merito repudiatam, ideo improbat, quod ea recepta sensus sit: „quod, qui tenent regionem finitimam, facti sint tales, ut possint bellum

Medi socii, (quorum enim fuerunt?) sed discernuntur ab iis socii, tanquam diversi. Nihil hoc vocabuli ἄλλος usu potest esse frequentius. Nemo tamen, ut videtur, de eo monuit. Cfr. Hom. Odyss. I. 132 sq.

πὰρ δ' αὐτὸς κλισμὸν θέτο ποικίλον, ἔκτοθεν ἄλλων
μνηστήρων.

et Virgil. Aen. VI. 411 sq.

Inde alias animas, quae per juga longa sedebant,
Deturbat.

Non autem Sibylla et Aeneas erant animae. — Sed maxime videatur reprehendenda illa Jacobsii negligentia, qua, ubi lectores conferre jubet Buttmanni grammaticam, raro recentissimae editionis rationem habet.

3) Haec scripseram abhinc annos VII; at non dabatur in publicum emittendi occasio, qua nunc oblata video, eadem magnam partem monita esse a Schaefero in Reiskiani Demosthenis editione. Nolo tamen ideo mea praetermittere.

gerere cum Phil., non ut gesturi sint etc." fallitur Vir Cl., non enim percepit mentem Hermanni, neque perspexit, quomodo in Homeri loco, ab Hermanno laudato notio ejus, quod fieri potest, cum illius, quod aliqua praeteriti temporis parte et subinde evenit, cohaereat. Non profecto perinde est, cujus temporis aoristo quoque loco id exprimas, quod possit fieri aut soleat; id potius spectandum, primaria illius temporis potestas locum habeat, necne.

C. 7. §. 5. δοκεῖ δ' ἔμοιγε ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι δείξειν — μακράν. Rüdiger.: „videor mihi ostensurus non in longum tempus, i. e.: breviter," quasi sit scriptum δοκῶ δ' ἔμοιγε — δείξειν. Inde etiam orta falsa explicatio seq. ἂν βούλησθε; vera est in promptu eamque habent Wolfius, Reiskius, Jacobsius, quibus cur contradixerit Rüdigerus, alius videat.

Olynth. II. c. 4. §. 1. θῆσθε ut hoc verbi genus tueretur, nihil erat Rüdigero faciendum aliud, quam ratio habenda notae Hieron. Wolfii Tom. VI. p. 42. b. et eorum, quae monet F. A. Wolfius ad Leptin. Dem. Prolegg. p. CXXVII.

— c. 5. §. 1. (ap. Bekkerum pag. 49. l. 29.) pro vulg. περὶ ὧν γράφει Rüdigerus recepit περὶ ὧν ἂν γράφῃ. „Patet," inquit, „ἂν „post ὧν facile excidere potuisse, quod si conjunctivum probaveris, „bene suum locum tenet. Atqui conjunctivus aoristo διαπράξασθαι „convenit" (cur conveniat equidem non possum perspicere) „non- „dum enim certum est, an quis scribat decretum." Ex his cognosci potest, R. nostrum locum plane non intellexisse. Περὶ ὧν ἂν γράφῃ ad hunc locum neutiquam quadrat, non enim sermo est de legibus, quae utrum ferantur, necne incertum est, sed de legibus adhuc et illo ipso tempore, quo verba facit orator, non servatis. Non de eo loquitur, quod sit futurum, sed de eo, quod factum et quod omissum.

Ibidem §. 4. Rüdiger. habet: „signo interrogationis post ζητήσομεν deleto, colon posui: nam quum orator in hoc contextu sem-

per negative quaesivisset, dubito an [4]) hic sine particula positive fuerit interrogaturus." Quod argumentum ridiculum est; siquidem non una est eademque ratio harum interrogationum. Nam quae prius interrogat, ea approbationem continent et affirmationem: vere bello premuntur, quibus auxilium promittebamus, recte eum putamus hostem, recte judicamus, eum nostra tenere, recte dicimus barbarum; quod in sequentibus secus est: non enim cogitare licet: recte quaeremus, circumspiciemus auctores nostrae cladis; ergo non potuit Noster interrogare: οὐ ζητήσομεν; quod esset adhortantis.

Quod porro ait Rüd. ad §. 5. φυγόντων scribendum esse et τοὺς φυγόντας, quod sermo sit de ficta, non de vera clade, equidem me non posse mente assequi fateor. Praesentis participium si scriberetur, aut esset de iis, qui in ipsa fuga se invicem accusant, aut de iis, qui fugere solent; quod utrumque ab hujus loci ratione est alienum. Cogitandi sunt milites, qui *relicta* turpiter acie alter alterum et ducem accusant: nam nonnisi hoc modo cum Atheniensibus, qui *omissa* rerum gerendarum opportunitate afflictisque opibus, omnes alios potius, quam se ipsos in culpa esse queruntur, possunt comparari. Sed de aoristi participio, quod omnino hic praeferendum, vid. Buttmann. Gramm. maj. §. 124, 6. Schaeferus, vt video, tuetur praesens tempus φευγόντων, jubetque conferri, quae ipse adscripserit ad. Eurip. Orest. v. 740. Quid illo loco doceat, ignoro, non enim ad manum est Porsoni editio. Scio equidem, etiam non lecta Schaeferi nota, praesentis temporis participia ita abjicere interdum temporis significationem, vt plane substantivorum loco sint. Sed ea ipsa facit caussa, vt nolim praeferre praesens φευγόντων, quum, quae est hujus loci natura, temporis notio abesse non posse videatur.

Ibidem: εἰ δὲ τοῦτ' ἐποίει ἕκαστος, ἐνίκων ἄν. Haec imperfecta

4) scribere debebat *dubito*, *num*. Omnino non satis emendate scripsisse videtur (cfr. p. 27. *viginti mille*, alia aliis locis) et saepius neglexisse accentus.

non referuntur ad praesens tempus, sed ad praeteritum; (sunt conditionalia praeteriti, non praesentis, vt loquuntur Grammatici) at cave putes, esse pro aoristis. Vid. Xenoph. Memorab. Socrat. I. 1, 5. Quare interpreteris imperfecta de re, quam saepius factam esse probabile est; ita convenient rei fictae, quam hac illave praeteriti temporis parte, et quidem saepius gestam esse, sumere possis. Si vero unius et certi cujusdam facti mentio esset injecta, aoristis merito usus esse scriptor videretur. Facile conciliare poteris hanc explicationem cum iis, quae tradit Bremius in Fascic. observv. critt. et philologg. in Demosth. Phill. p. 89 extr. sq. —: Quoties erat pugnandum, poterant vincere, at non faciebant, quod debebant facere.

Ejusdem Olynth. II. c. 8, §. 1. ad verba οἷς οὐκ ἐχαρίζονθ' — αὐτοὺς non praetereundus fuit Rüdigero demonstravi post relativum pronomen usus, de quo vid. Jacobs. in Attic. ad hunc locum et Socrat. (Tom. III.) IX, §. 51, qui repetit duos Homeri et Xenophontis locos, jam a Matthiaeo ampl. Gramm. ad §. 468. allatos. Similia passim in vernacula lingua occurrunt. Cfr. Klopstocks Werke Tom. XII. p. 211. „Aber diese wollen nun ja einmal nicht; am wenigsten wollen es die, welche man an Höfen sieht, und *sie* manchmal so ziemlich blindlings für die besten hält. — Wielands Werke Tom. XXIX. p. 155. Die Begierde zu gefallen, und ein nicht minder starker Hang zur Freude und zu allen Vergnügungen, die man unschuldig zu nennen gewohnt ist, und sich daher auch wol einiges Übermass *darin* zu erlauben pflegt. — Tom. XXXI. p. 224. welches — allerdings ultima linea rerum, die unterste Stufe der Abnahme des menschlichen Geschlechts ist, der wir, leider! zwar immer näher und näher kommen, *sie* selbst aber vermuthlich doch niemals völlig erreichen werden. — Idem sibi licere putarunt Latini; vid. Cic. Tusc. Qu. V. 3, 8. — quem, vt scribit auditor Platonis, Ponticus Heraclides, vir doctus imprimis, Phliuntem ferunt venisse *eumque* cum Leonte, principe Phliasiorum, docte et co-

piose disseruisse quaedam. — Tac. A. II. 60. Proximum Nili os dicatum Herculi, quem indigenae ortum apud se et antiquissimum perhibent, eosque, qui postea pari virtute fuerint, incognomentum *ejus* adscitos.

— C. 8. §. 4. ἐκείνοις, χρωμένοις — Deest apud Rüdig. et in oratione Demosth., et infra in notis, ubi haec verba repetuntur, virgula, post ἐκείνοις ponenda, vt statim in oculos incurrat appositio, de qua mox plura dicentur.

— C. 11. §. 4. Non temere erat pronuntiandum, ποιέντων, quod recepit Bekkerus, esse atticam formam. Cfr. Buttm. Gramm. ampl. §. 95. not. 16.

Olynth. III. c. 6. §. 4. ἐγὼ μὲν γὰρ ἡγοῦμαι — ταῦτ' εἶναι στρατιωτικά. Recte reprehendit Rüdig. Bekkerum, qui omittit ταῦτ', vt dicat Noster: ego puto, milites esse parandos, et esse debere pecunias, quae numerentur militibus. Recte quoque monet, vocabulum ἡγοῦμαι antecedenti γράφεις esse oppositum, et ταῦτα consulto repetitum; quo magis mireris, eum in sequentibus a vera explicatione aberrasse, quam praeit Reiskius: „puto ταῦτα (τὰ θεωρικά) esse ἀρχῆθεν καὶ κατὰ τὸ δέον στρατιωτικά, primitus, origine tenus et prout etiam par est, stipendia militibus debita.“ Vid. Boeckh. oecon. civ. Athen. I. p. 194, coll. p. 232. Quanquam ita se expedire potuit orator, vt diceret, se non esse legis auctorem (οὐ γράφειν) sed sibi ita videri; (ἡγεῖσθαι) possit tamen etiam haec ejus esse sententia: quamvis illas pecunias theatralium nomine accipiatis, vt factum est ad hodiernum diem, tamen ita eas accipiatis velim, quasi sint stipendiorum loco, siquidem ipsi militabitis, quod ego fieri jubeo.

De Pace c. 2. §. 2. pag. 180 (apud Bekker. pag. 66. l. 11 sq.) τῶν ἐν Εὐβοίᾳ ταραττομένων πραγμάτων. — Respuit Rüdigerus eam verborum collocationem, quae in participiorum constructionibus est legitima. In talibus enim quoddam appositionis genus obti-

net [5]). Hoc nimirum egisse videtur, vt Beckium sequeretur in re, quam periculo carere existimaret.

5) Omnino quam late pateat in linguis appositionis usus, neque a nostris grammaticis satis demonstratum est (si unum excipias Ramshornium, virum vere doctum, qui §. 151. etiam de adjectivorum in appositione usu, qui fere erat neglectus, accuratius egit) neque intellectum a plerisque. (Sic, quum dubitatur de ratione collocationis vocularum πᾶς, ἅπας, ὅλος, ἕκαστος, ἑκάτερος, ἀμφότεροι [ἀμφότερος] simm., quod accidisse video Stallbaumio ad Phileb. p. 48 et ad Euthyphr. p. 36, cui non possum omni ex parte assentiri: ea nulla re alia explicari melius posse videtur, quam appositione. Haec enim est istorum adjectivorum natura, ut plerumque cum ejus nominis, cui adjunguntur, notione, non coeant in unum, sed tanquam accidens aliquod per se cogitanda sint. Sed haec obiter!) Tantum enim abest, ut soli pueri non teneant appositionis veram naturam et indolem, ut etiam barbati subinde miras de appositione fabulas narrent, hoc quidem negotium sibi injungentes, ut misellum aliquem ludi magistrum castigent. Quum ante hos quatuor annos alicubi publice de singulari quodam appositionis usu, qui est proprius linguae germanicae disseruissem, eumque demonstrassem tam esse rationi cogitandique legibus consentaneum, ut male facere videantur, qui ejus loco Graecae Latinaeque linguae morem nobis obtrudant, (quod facit cum aliis Heysius grammat. Germanic. omnis generis erroribus refertae *) p. 296 edit. sec.) prodiit quidam parochus in

*) Id non acerbius quam verius a me dici, testis esse posset libellus ante hos fere II annos, Seebodio, ut criticae bibliothecae ab eo editae insereretur, missus. In eo enim partim singulis capitibus quae parum accurate, quae absurde et stolide, quae contra cogitandi leges aut usum linguae, quae rustice adeo et obscene dicta sunt ab inclyto apud eruditorum vulgus grammatico, pertractantur, partim disputatur de rebus quibusdam grammaticis copiosius. Sed Seebodius neque evulgavit libellum, neque bis terque a me, hoc ut faceret, rogatus, remisir. Quare hoc loco, ut amoveam saltem invidiae suspicionem, pauca haec, quae sequuntur, ex immensa pene copia, notantor. — Obscena sunt quae leguntur Gramm. ampl. p. 493, ubi praecipitur de verbo *kosten*. Talia ridentur fortasse in castris a quibusdam, ab honestis elegantioribusque studiis deditis hominibus debent abesse. — Ibidem commendatur quodammodo formula: „mir wurde eine Sache gefragt, et: er fragte *mir* (ohe! ubi natus Heysius?) eine Sache,“ rejecto usu, ab optimis quibusque scriptoribus probato, qui non dubitant dicere: einen etwas fragen, (vid. Wilandi opp. P. XIII. pag. 133 fin.) Nemo non videt, in tali verborum structura multum interesse, utrum adjiciatur nomen, an pronomen, de qua re

De Pace c. 2. §. 4. (apud Jacobs. in Attic XXVIII. §. 8. p. 308. Reisk. Tom. I. p. 58. l. 23 sq. Schaefer. p. 38. — Verba: εἰ γὰρ

Vimariensium agro, haec pleno clamans ore: „Was ist Apposition? — Antw.: Sie ist das einem andern Hauptworte zur Erklärung oder nähern Bestimmung beygegebene Hauptwort, das einen höhern, weitern Gattungsbegriff bezeichnet, als das Wort, dem es beygegeben oder zugesetzt ist, z. B. der Mensch, ein Geschöpf für die Ewigkeit; Lykurg, der Gesetzgeber Sparta's u. s. w. Die Apposition hat also ihr Characteristisches darin und mit der Definition das gemein, dass sie das voranstehende Wort, es mag nun Person oder Sache anzeigen, unter einem höhern, allgemeinern Begriffe subsumirt, gleichviel, ob eigentlich oder uneigentlich." At fallitur vir DOCTISSIMUS, miscet enim appositionis naturam cum canone dialecticorum, qui docent, praedicatum semper latius patere, quam subjectum. Legant, qui fidem habent homini vano, (et habere nonnullos, ipse cognovi) quae attulit Ramshornius, loco supra laudato, et talia: Plat. Apol. Socrat. c. 27. τῇ ἀεὶ καθισταμένῃ ἀρχῇ, τοῖς ἕνδεκα. — Thucyd. VII. 13. καὶ οἱ ξένοι, οἱ μὲν ἀναγκαστοὶ ἐσβάντες, εὐθὺς κατὰ τὰς πόλεις ἀποχωροῦσιν, οἱ δὲ ὑπὸ μεγάλου μισθοῦ τὸ πρῶτον ἐπαρθέντες etc. — Virgil. Aen. III. 649: victum infelicem, baccas lapidosaque corna dant rami. — Sed pudet plura addere in re manifesta. —

satis constat iis, qui similem in simili re norunt Graecae Latinaeque linguae morem. — Pag. 457 haec tradit H.: „Eine Ausnahme von dieser Regel macht das gewöhnliche Hersagen des Einmaleins, wo man sagt: zwey mal zwey *ist* vier, zehn mal zehn *ist* hundert u. s. w. und nicht: *sind*, obgleich sind richtiger seyn würde." Imo minus accurate sic diceretur. Hujus dicendi usus commoda satisque certa adest caussa, de qua exposui in libro modo laudato. Sed quae Noster explicare nescit, statim, tanquam falsa, ex lingua exsulare jubet. Nihil omnino videtur certius esse, quam, qui neque graece neque latine sciat, eum ne in patriae quidem linguae usu explicando recte versari posse. — Pag. 411 has egregias habet explicationes: Ein erfahrner Mann — ein solcher, dessen Werth zur Kenntniss Anderer gekommen ist; ein verdienter Mann — ein geschickter, nützlicher Mann, den ein Staat, oder eine Stadt durch Anerkennung und Belohnung seiner Talente in ihren rechtmässigen Besitz gebracht hat, oder dessen Besitz von Seiten des Staates oder einer Stadt erworben und verdient ist. — Etiam hodie somniant grammatici! — Pag. 354 invenitur quod solum Heysium dicere putamus: „ein Mensch *vom* guten Herzen." Quid enim sibi vult, quod addit: „es sagt bestimmt: von dem guten Herzen?" Nemo facile ferat: ein Mann vom guten Herzen deines Vaters. — Pag. 460 intelligere non videtur, quid intersit inter: „ich

ἐν Διονύσου τραγῳδοῦς — ἤκουσατε — Beckius, Rüdigerus et Jacobsius certatim non explicant, sed intricant et turbant, postquam Hieronymus Wolfius vir praeclarus, a Beckio immerito reprehensus, sensum et singulorum vim optime patefecerat, non id quidem agens, vt verbum redderet verbo. Hic enim habet: „vos ita favistis histrioni proditori ac perduellionis reo, ac si tragoediam ageret, non capitis caussam diceret, voluptatis studiosi cum pernicie rei publicae." — Si nihil aliud claudicaret in Beckii explicatione, id certe improbandum videretur, quod, contra commune et constans Veterum testimonium, Neoptolemum malum fuisse histrionem sumsit. — Rem sic cogita: Neoptolemus accusatus a Demosthene, quod Philippo studeret ejusque commoda cum Atheniensium pernicie sectaretur, caussam dixerat ita, vt simul omnem conciliaret sibi audientium benevolentiam (ἤκουσαν αὐτὸν πρὸς χάριν) et animos a Demosthene tanquam a calumniatore et vano homine abalienaret. (ἤκουσαν τὸν τοῦ Νεοπτολέμου λόγον πρὸς Δημοσθένους ἀπέχθειαν). Inde explicandum quod dicit Noster: οὐκ ἂν οὕτως οὔτ᾽ ἐκείνου πρὸς χάριν etc. vt quidem tum factum est, quum caussam diceret Neoptolemus. Poterat omnino dicere Demosthenes: οὐκ ἂν εὐμενέστερον ἠκούσατε etc. (quod neminem unquam pro οὐκ ἂν οὕτως πρὸς χάριν dictum putare posse crederem, nisi id fecisse viderem Jacobsium), sed maluit rem per hyperbolen efferre. Sic quoque patet, non omni ex parte esse verum, quod contendit Jacobsius, verba οὔτ᾽ ἐμοῦ πρὸς ἀπέχθειαν addita esse, vt plena efficeretur oppositio. Sed si quis amplius inhaereat verbis ἐμοῦ πρὸς ἀπέχθειαν, putetque, inde colligi posse, Neoptolemum in scena invidiose dicta jecisse in Demosthenem: nihil

wünsche, dass Sie auch in dieser Gesellschaft seyn mögen, ich wünsche, dass Sie in dieser Gesellschaft seyn möchten, et ich wünschte, dass Sie in d. G. seyn möchten." Attamen discrimen in promptu est. — Vehementer placebit omnibus quod habet de anastrophe p. 623: „Anastrophe (die) verkehrte Wortsetzung, nach welcher ein Wort, das voranstehen sollte, hinten gesetzt ist, z. B. demnach st. nachdem, umher st. herum, umhin st. hinum, oder umgekehrt. So auch Weinglas st. Glas Wein; Biermass st. Mass Bier."

moror, quum etiam ex eo, quod supra Neoptolemus dicitur τῷ τῆς τέχνης προσχήματι τυγχάνων ἀδείας, tale quid suspicari possimus. — Denique intelligimus, quam temere haec profundat Fribergensis editor: „sensus est: si vidissetis — non *libentius* audissetis," et: „*intelligit auctor fabulam, quam tragoedi agebant.*" Nimirum dicit vir clarissimus τὸν περὶ σωτηρίας καὶ κοινῶν πραγμάτων λόγον.

Schul-Nachrichten.

In Ansehung der äußeren Lehrverfassung unserer Anstalt stehen wir im Allgemeinen noch auf dem vorjährigen Puncte; nur daß einige wesentliche Wünsche und Hoffnungen ihrer verheißenen Erfüllung um ein ganzes Jahr näher gerückt sind. Die Classen-Ordinarien waren im verflossenen Schuljahre: für Prima der Rector, M. Lehmann; für Secunda der Conrector, M. Thieme; für Tertia der Subrector, M. Weickert; für Quarta der Quartus, M. Vetter; für Quinta der Cantor Graser; für Sexta der Sextus Wenzel, und für Septima der Auditor Vogt. In diesen 7 Classen wurde in wissenschaftlicher Hinsicht Folgendes geleistet:

A. Sprachen.

I. Latein.

